

(1)

IN.D.T.U.A.



Vantoperè isti mortalium, qvi sibi privilegium
judicandi adepti videntur ac cacumen pruden-
tiæ consendisse, id qvod omnis prudentiæ
tam apèx qvàm fons dici meretur, hoc est, *Scri-
pturam Sacram*, contemnunt, & non secus ac
Gallus Æsopicus unionem hunc pretiosissimum
cum vili qvovis grano permutent, clare appa-
ret ex horrendo *Angeli Politiani*, Canonici Flo-
rentini suo tempore famigeratissimi, effato:
qvando ille, se *Biblia* semel legi, dixit, *Et tem-
pus nunquam pejus collocaſſe;* item: *Pindari odae*
magis sibi quàm Davidis Psalmos placere, qva de
re videri p̄test *Lud. Vibes Lib. 2. de Verit. fidei Christi. ap. B. D. Reinh. Ba-
rium in Comment. Exegetico - practico Posthumo in Psal. Davidis p. 31. A.*
O indignum homine, qvi Christianam profiteretur religionem, facinus! de
qve merito illud, qvod in **הַפְנִינִי מִבְחָר** asseritur, & ex eo in *Floril.*
Hebr. relatum est à *J. Buxt. fil.*, dici debet: **כִּאֶשֶׁר יְחַשּׁוּב אֶת־הָמָן שְׁגֹוע** (*cumputat* (homo) *se ad finem ejus* (scilicet
sapientia) *persenisse*, *stultus* *est!* Christianum enim velle audire. & totius
Christianismi fundamentum penitus contemnere, qvid aliud est, qvàm
aqvam haurire velle, & fontes omnes contegere atqve negligere; qvalia
facientem insanum qvis potius proclamaret, qvàm in admirationem ejus
gratia raperetur. Verum enim vero obdurati ita sunt impii mundi hujus
ali, ut detestabilem maxime, verissimam tamen eorum delineationem repe-
tiamus in *Epistola Iudæ catholica v.4.* seqventibus verbis: *Subrepserunt qui-
dam homines -- impij, qui Dei nostri gratiam transferunt ad lasciviam & solum
illum herum Deum ac Dominum nostrum Jesum Christum negant.* Item v. 10, 11.
12. *Isti, quæcunq; non noberunt, vituperant: quæcunq; verò naturaliter ut animan-
tia rationis experti sciunt, in istis sc̄e corrupti sunt. Væ ipsis!* Nam si iam Cain &
ingressi sunt, & deceptione mercedis, qua deceptus fuit Balaam, effusi sunt, &
contradictione Cora perierunt. Hi sunt in Agapis vestris maculae, dum bobiscum
conspicunt, securè se iplos pascentes, nubes aqua carentes, bencis circumactæ,
arboreæ emarcidae, infrugiteræ, bis emortua, eradicatae; undæ mariæ efferatae,
despumantes sua ipsorum deaæ cora, stellæ erraticæ, quibus caligo tenebrarum
in æternum serbata est. Qvis miraretur, ejusmodi hominum monstra, qvæ
nobis à Iuda graphicè depinguntur, ac vitari sedulò ab eodem jubentur,
qvæq; cum terrenis adeo delectentur tenebris, a svavissima cœli luce non
possunt non qvam maximè absesse, rationem suam, juxta Pavli monitum
e. Cor. X. 5. capiſſare nolle, ut potius, qvæ rationis decempeda metiri
nequeunt, aspernentur ac risu excipiant? Confusa de re Celeb, nostri Dn. D

▲

Gra